

Universitätsbibliothek Wuppertal

Iustini Historiae Philippicae

Iustinus, Marcus Iunianus

Lipsiae, 1830

Liber XXIV

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-5322](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-5322)

LIBER XXIV.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Graeciae civitates aliae in alias assurgunt.
2. Ptolemaei Macedonis in sororem Arsinoën conspiratio.
3. Ptolemaei et Arsinoës nuptiae tragicis casibus solvuntur.
4. Gallorum, qui Ptolemaeum vicerunt et interfecerunt, in Macedoniam irruptio.
5. Quo strategemate Ptolemaeum aggressi sint, et oppresserint. Macedonum luctus et instauratio.
6. Alia Gallorum, Brenno duce, in Graeciam expeditio, et de spoliando Delphico templo consilium. Huius templi et oraculi descriptio.
7. Brenni et aliorum consultatio de templi oppugnatione, et hortatio ad milites.
8. Gallorum Delphos oppugnantium clades, ipsiusque Brenni interitus.

CAPUT I.

- 1 **D**UM haec in Sicilia geruntur, interim in Graecia, dissidentibus inter se bello Ptolemaeo Cerauno, et Antiocho,
- 2 et Antigono regibus, omnes ferme Graeciae civitates, du-
cibus Spartanis, velut occasione data, ad spem libertatis
erectae, missis invicem legatis, per quos in societatis foe-
- 3 dera alligarentur, in bellum prorumpunt; et, ne cum
Antigono, sub cuius regno erant, bellum cepisse videren-
- 4 tur, socios eius Aetolos aggrediuntur, causas belli prae-
tendentes, quod consensu Graeciae sacratum Apollini Cir-
- 5 rhaeum campum per vim occupassent. Huic bello ducem

Lib. XXIV.

CAP. I. §. 3. *bellum cepisse. I. e. suscepisse. Ebenso bei Caes. B.G. VIII, 38: ne qua rursus novorum consiliorum ad capiendum bellum facultas daretur; wo Oudendorp nachzusehen ist.*

deligunt Area, qui, adunato exercitu, urbem, sataque in his campis posita depopulatur; quae auferri non poterant, incendit. Quod quum e montibus conspicati Aetolorum pastores essent, congregati admodum quingenti, sparsos hostes, ignorantesque quanta manus esset, quoniam conspectum illis metus et incendiorum fumus abstulerat, consecretantur, trucidatisque admodum novem millibus praedones in fugam verterunt. Reparantibus deinde 7 Spartanis bellum auxilium multae civitates negaverunt, existimantes, dominationem eos, non libertatem Graeciae quaerere. Interea inter reges bellum finitur: nam Ptolemaeus, pulso Antigono, quum regnum totius Macedoniae occupasset, pacem cum Antiocho facit; affinitatemque cum Pyrrho rege, data ei in matrimonium filia sua, iungit.

CAP. II. Exinde externo metu deposito, impium et 1

§. 5. *deligunt Area*. Die Lesart schwankt zwischen *eligunt*. *Deligere* heisst auswählen, insofern man auf den Zweck der Wahl sieht; demnach von einer Auswahl dessen, aus mehreren Dingen, welches man hinsichts irgend eines Zweckes für das tauglichste hält. Daher bei Liv. VII, 25, 13: *locum idoneum stativis delegit*. Caes. B. G. VII, 31: *Huic rei idoneos homines deligebat*; vergl. I, 49. Dagegen wird *eligere* von jeder beliebigen Auswahl aus mehreren gebraucht, ohne Rücksicht des bestimmten Zweckes und der Tauglichkeit des ausgewählten Gegenstandes. Schon Heusinger zu Corn. Ages. 1, 3 hat auf diesen Unterschied aufmerksam gemacht, indem er sagt: *Deligitur, qui ex pluribus, sed idoneis: eligitur, qui ex promiscua multitudine legitur*. Nachzulesen ist die Bemerkung Bremi's zu Corn. Nep. Pelop. II, 1, und Herzog's zu Caes. B. G. I, 3. Ueber die öftere Verwechslung beider Verba handelt Drakenb. zu Liv. IX, 17, 15. — Uebrigens wird hier und Prolog. Lib. XXVI gewöhnlich *Arean* gelesen, obgleich an der letzten Stelle alte Ausgaben *Area* haben, weshalb ich auch an unserer Stelle so geschrieben habe. Für diese griechische Form des Accusativs vom Nominativ *Areus* steht die lateinische bei Liv. XXXIX, 36, 2: *quod Areum Alcibiadem, capitis ab se in concilio proximo damnatos, cum legatis videbant*. Auch bei Plutarch und Pausanias wird dieser Mann *Ἀρεὺς* genannt.

§. 8. *cum Pyrrho rege*. Ich habe fast nach allen Handschriften *rege* eingeschoben; denn sehr oft wurde *rex* zu dem Namen einer Person hinzugefügt, wenn es gleich allgemein bekannt war, dass dieselbe die königliche Würde hatte. S. die Anmerk. zu XI, 9, 8: *Nec Darii regis opera in ordinanda acie defuit*.

- facinorosum animum ad domestica scelera convertit, insidiasque Arsinoæ sorori suae instruit, quibus et filios eius vita, et ipsam Cassandreæ urbis possessione privaret.
- 2 Primus ei dolus fuit, simulato amore, sororis matrimonium petere: aliter enim ad sororis filios, quorum regnum occupaverat, quam concordiae fraude pervenire non poterat. Sed nota scelerata Ptolemæi voluntas sorori erat.
- 4 Itaque non credenti mandat, *velle se cum filiis eius regni consortium iungere; cum quibus non ideo se armis contendisse, quoniam eripere his regnum, sed quod id facere sui muneris vellet. In hoc mitteret arbitrum iurisiurandi; quo praesente apud Deos patrios, quibus*
- 6 *vellet obsecrationibus, se obligaret.* Incerta Arsinoë, quid ageret: si mitteret, decipi periurio; si non mitteret,
- 7 provocare rabiem fraternæ crudelitatis timebat. Itaque plus liberis, quam sibi timens, quos matrimonio suo protecturam se arbitrabatur, mittit ex amicis suis Chodionem:
- 8 quo perducto in sanctissimum Iovis templum, veterimæ Macedonum religionis, Ptolemæus, sumptis in manus altaribus, contingens ipsa simulacra et pulvinaria Deorum,
- 9 inauditis ultimisque execrationibus adiarat, *se sincera fide matrimonium sororis petere; nuncupaturumque se eam reginam; neque in contumeliam eius se aliam uxorem,*
- 10 *aliosve, quam filios eius, liberos habiturum.* Arsinoë postquam et spe impleta est, et metu soluta, ipsa cum

CAP. II. §. 1. *insidiasque — instruit.* Gewöhnlich sagt man *struere insidias*, wie bald nachher c. 3, 3: *fraus struebatur*. Durch das Compositum wird auf die besondere Sorgfalt hingedeutet, mit welcher Jemand nach allen Seiten hin die Mittel und Wege erspäht, welche zur Erreichung des beabsichtigten Zweckes dienlich sind. Cic. p. Cluent. 66, 190: *nullum locum praetermisit, in quo non instrueret insidias aliquas, ac dies omnes ac noctes tota mente mater de pernicie filii cogitaret.* So wird auch jetzt gelesen nach Gronov bei Liv. VI, 23, 6: *Quam occasionem, quod tempus, quem insidiis instruendis locum sperantem.* Ebenso XXIII, 35, 14: *sacrificio apparando et inter id instruendae fraudi aliquanto intentior, quam muniendis castris aut ulli militari operi.* So hatten wir auch IX, 8, 9: *instruere inter concordantes odia.* Vergl. Gronov zu Tacit. An. II, 74. Burmann zu Ovid. Met. XIII, 544.

§. 4. *id facere sui muneris.* S. die Anmerk. zu XIII, 4, 9.

fratre colloquitur: cuius vultus, et blandientes oculi quum fidem non minorem, quam iusiurandum promitterent, reclamante Ptolemaeo filio *fraudem subesse*, in matrimonium fratris concedit.

CAP. III. Nuptiae magno apparatu, laetitiaque omnium 1 celebrantur. Ad concionem quoque vocato exercitu, ca- 2 pitum sororis diadema imponit, reginamque eam appellat. Quo nomine in laetitiam effusa Arsinoë, quia, quod morte 3 Lysimachi prioris mariti amiserat, recepisset, ultro virum in urbem suam Cassandream invitat; cuius urbis cupiditate fraus struebatur. Praegressa igitur virum, diem festum 4 urbi in adventum eius indicit: domos, templa, ceteraque omnia exornari iubet: aras ubique hostiasque disponi: fi- 5 lios quoque suos, Lysimachum sexdecim annos natum, Philippum triennio minorem, utrumque forma insignem, coronatos occurrere iubet. Quos Ptolemaeus, ad celan- 6 dam fraudem, cupide et ultra modum verae affectionis amplexus, osculis diu fatigat. Ubi ad portam ventum 7 est, occupari arcem iubet, pueros interfici. Qui quum 8 ad matrem confugissent, in gremio eius inter ipsa oscula trucidantur, proclamante Arsinoë, *quod tantum nefas aut nubendo, aut post nuptias contraxisset*. Pro filiis saepe se percussoribus obtulit; frequenter corpore suo puerorum corpora amplexata protexit; vulneraque excipere, quae liberis intendebantur, voluit. Ad postremum 9 etiam spoliata funeribus filiorum, scissa veste, et crinibus sparsis, cum duobus servulis ex urbe protracta, Samo-

CAP. III. §. 3. *quia* — *recepisset*. Der Conjunctiv bei *quia* steht hier aus demselben Grunde, wie er bei *quoniam* stand XVII, 3, 10. Auch hier wird dieser Satz als Gedankensatz auf die Arsinoë bezogen betrachtet. Arsinoë freute sich, weil sie, wie sie sagte oder dachte, wieder erhalten hätte. Und so sind die vielen Beispiele aufzufassen, welche Drakenb. zu Liv. II, 8, 5 über *quia* mit dem Conjunctiv gesammelt hat. Vergl. die Anmerk. zu XVII, 3, 10.

§. 9. *crinibus sparsis*. Graevius bemerkt hier: *Latinis auribus hoc loquendi genus non posse placere puto. Eae enim norunt passos crines, non sparsos*; und darnach ändert er auch weiter unten c. 8, 3. Gegen diese Bemerkung hat Drakenb. zu Liv. I, 13, 1 erklärt, und bei der häufigen Verwechselung der beiden Verba nach Burmann zu Ovid.

thraciam in exsilium abiit; eo miserior, quod mori cum filiis ei non licuit. Sed nec Ptolemaeo inulta scelera fuerunt. Quippe Diis immortalibus tot periuria, et tam cruenta parricidia vindicantibus, brevi post a Gallis spoliatus regno, captusque, vitam ferro, ut meruerat, amisit.

- 1 CAP. IV. Namque Galli, abundante multitudine, quum eos non caperent terrae, quae genuerant, trecenta millia hominum ad sedes novas quaerendas, veluti ver sacrum,
- 2 miserunt. Ex his portio in Italia consedit, quae et urbem
- 3 Romanam captam incendit; et portio Illyricos sinus, du-

Art. Am. III, 709 den Unterschied so festgesetzt: *Passi capilli magis lugentibus ac supplicibus; sparsi vaticinantibus, furore divino correptis ac bacchantibus convenire videntur.* Demnach wäre überhaupt *passi capilli* soviel als *soluti*, in Bezug auf die blosse Lösung des Haares; *sparsi* aber der stärkere Ausdruck, insofern dadurch auf die Aufhebung des ganzen Cultus des Haares hingedeutet wird; *passi crines* sind die aufgelösten Haare, als Zeichen der Trauer, Demuth und Hülfbedürftigkeit; *sparsi*, die zerstreuten, fliegenden, wild durch einanderhängenden Haare, als Zeichen eines aufgeregten Gemüthes. Und so glaube ich, dass an unserer Stelle durchaus dieser stärkere, nach dem Gesagten fast allein nur passende Ausdruck beizubehalten ist. Vergl. *Oudendorp zu Caes. B. G. I, 51, 3.*

CAP. IV. §. 1. *velut res sacrum.* Eine klassische Stelle über das *ver sacrum* findet sich bei *Festus*. Dieser sagt: *Ver sacrum vovendi mos fuit Italae. Magnis enim periculis adducti vovebant, quaecumque proximo vere nata essent apud se animalia, immolaturus. Sed quum crudele videretur, pueros ac puellas innocentis interficere, perductos in adultam aetatem relabant atque ita extra fines suos exigebant.* Ein solches *ver sacrum* wurde demnach eigentlich aus religiösen Gründen veranstaltet; diese Auswanderung der Gallier geschah aber aus politischen Gründen, weshalb der Schriftsteller zur Milderung des uneigentlich gebrauchten Ausdrucks ein *velut* hinzugefügt. Vergl. XXII, 10 und XXXIV, 43.

§. 3. *Illyricos sinus.* S. die Anmerk. zu XVIII, 3, 3: *Assyrium stagnum — incoluerunt, praeter ceteros callent.* Nicht *prae ceteris*, wie in einer Handschrift gelesen wird; denn *prae* hat stets einen verächtlichen Sinn. Dagegen wird *praeter* gebraucht, wenn einer unter mehreren Vortrefflichen als der Vortrefflichste bezeichnet werden soll. XXI, 6, 1: *vir sollertia facundiaque praeter ceteros insignis.* *Cic. de Orat. II, 54, 217:* *Nam et Siculi in eo genere, et Rhodii et Byzantii et praeter ceteros Attici excellent.* III, 25, 99: *Quin etiam gustatus, qui est sensus ex omnibus maxime voluptarius, quique dulcitudine praeter ceteros sensus commovetur.* S. Gernhard zu *Cic. Amic. 1, 4.* — Ausserdem haben an

cibus avibus, (nam augurandi studio Galli praeter ceteros callent,) per strages barbarorum penetravit, et in Pannonia consedit: gens aspera, audax, bellicosa, quae prima post Herculem, cui ea res virtutis admirationem et immortalitatis fidem dedit, Alpium invicta iuga, et frigore intractabilia loca transcendit: ibi domitis Pannoniis, per multos annos cum finitimis varia bella gesserunt. Hortante deinde successu, divisis agminibus, alii Graeciam, alii Macedoniam, omnia ferro prosternentes, petivere. Tantusque terror Gallici nominis erat, ut etiam reges non lacesciti, ultro pacem ingenti pecunia mercarentur. Solus rex Macedoniae Ptolemaeus adventum Gallorum intrepidus audivit; hisque cum paucis et incompositis, quasi bella non difficiliora, quam scelera patrarentur, parricidiorum furiis agitatus, occurrit. Dardanorum quoque legationem, viginti millia armatorum in auxilium offerentem, sprexit; addita insuper contumelia, *actum de Macedonia* dicens, *si quum totum Orientem soli domue-*

unserer Stelle einige Herausgeber sich an *callent* gestossen; weshalb Bongarsius auch *clarent*, und Scheffer *calent* lesen wollte. Zwar haben andere Herausgeber zum Schutz der gewöhnlichen Lesart mehrere Stellen, wie *Valer. Max. VIII, 12. Liv. XXXV, 26. Petron. 134: his ego callens artibus*, beigebracht, in welchen *usu, arte etc. callere* vorkommt; allein diese Verbindung ist doch verschiedener Art. Wohl kann von Jemandem gesagt werden *arte, usu callet*, insofern er hinsichts dieser Gegenstände erfahren ist; allein schwerlich *studio callet*, da der Begriff von *studium* noch nicht zu einer durch Erfahrung vollendeten, erlangten Kenntniss und Geschicklichkeit berechtigt. Hinsicht des *studii* kann man allerdings ausgezeichnet seyn, oder zu etwas angetrieben werden; aber nicht geschickt und erfahren seyn, da *studium* nur das Mittel ist, das zu erreichen, in Absicht dessen ich geschickt und erfahren werden kann. Demnach glaube ich, dass man *calent* lesen müsse, wie es ganz ähnlich heisst bei *Horat. Ep. II, 1: calet uno scribendi studio*. Dass beide Verba in den Handschriften verwechselt worden sind, bemerkt schon *Drakenb. zu Liv. XXXV, 26, 10.*

§. 6. *ferro prosternentes*. Ich habe die Lesart der meisten Handschriften aufgenommen; gewöhnlich wird *proterentes*, welches in Verbindung mit *ferro* nicht passend ist, gelesen. *VI, 2, 16: urbes expugnat et quasi tempestas quaedam cuncta prosternit*; vergl. *XXII, 6, 5. Lucan. VII, 278: Et primo ferri motu prosternite mundum. Catull. LXIII, 355: Troiugenum infesto prosternet corpora ferro.*

10rint, nunc in vindictam finium Dardanis egeant: milites se habere filios eorum, qui sub Alexandro rege stipendia, toto orbe terrarum victores, fecerint. Quae ubi Dardano regi nuntiata sunt, inclytum illud Macedoniae regnum brevi, immaturi iuvenis temeritate, casurum dixit.

1 CAP. V. Igitur Galli, duce Belgio, ad tentandos Macedonum animos, legatos ad Ptolemaeum mittunt, offerentes pacem, si emere velit: sed Ptolemaeus inter suos, belli metu pacem Gallos petere, gloriatus est. Nec minus ferociter se legatis, quam inter amicos, iactavit, aliter se pacem daturum negando, nisi principes suos obsides dederint, et arma tradiderint: non enim fidem
4 se, nisi inermibus habiturum. Renuntiata legatione, risere Galli, undique acclamantes, brevi sensurum, sibi
5 an illi consulentes pacem obtulerint. Interiectis diebus
6 proelium conseritur, victique Macedones caeduntur. Ptolemaeus multis vulneribus saucius capitur: caput eius amputatum, et lancea fixum, tota acie ad terrorem hostium
7 circumfertur. Paucos ex Macedonibus fuga servavit: ceteri aut capti, aut occisi. Haec quum nuntiata per omnem
8 Macedoniam essent, portae urbium clauduntur, luctu
9 omnia replentur: nunc orbitatem amissorum filiorum dolebant; nunc excidia urbium metuebant; nunc Alexandri Philippique regum suorum nomina, sicuti numinum, in
10auxilium vocabant: sub illis se non solum tutos, verum
11etiam victores orbis terrarum exstitisse: ut tuerentur patriam suam, quam gloria rerum gestarum coelo proximam reddidissent; ut opem afflictis ferrent, quos furor et temeritas Ptolemaei regis perdidisset, orabant.
12Desperantibus omnibus, non votis agendum Sosthenes, unus de Macedonum principibus, ratus, contracta iuventute, et Gallos victoria exsultantes compescuit, et Macedonia
13doniam ab hostili populatione defendit. Ob quae virtutis

§. 11. *immaturi iuvenis.* Immaturus ist derjenige, welcher noch nicht das männliche Alter erreicht hat. So I, 2, 1: *Haec nec immaturo ausa tradere imperium.* Dafür sagt Justin. XXX, 4, 12: *puero immaturae aetatis.* Vergl. Ruhnken zu Vellei. Pat. II, 99, 2.

beneficia multis nobilibus regnum Macedoniae affectantibus ignobilis ipse praepositur: et quum rex ab exercitu¹⁴ appellatus esset, ipse non in regis, sed ducis nomen iurare milites compulit.

CAP. VI. Interea Brennus, quo duce portio Gallo-¹rum in Graeciam se effuderat, audita victoria surorum, qui Belgio duce Macedonas vicerant, indignatus parta victoria opimam praedam, et Orientis spoliis onustam, tam facile relictam esse, ipse adunatis centum quinquaginta millibus peditum, et quindecim millibus equitum, in Macedonia irrumpit. Quum agros villasque populare-²tur, occurrit ei cum instructo exercitu Macedonum So-³sthenes: sed pauci a pluribus, trepidi a valentibus facile vincuntur. Itaque quum victi se Macedones intra muros³ urbium condidissent; victor Brennus, nemine prohibente, totius Macedoniae agros depraedatur. Inde, quasi ter-⁴rena iam spolia sorderent, animum ad Deorum immortali-⁵um templa convertit, scurriliter iocatus, *locuplēs Deos largiri hominibus oportere*. Statim igitur Delphos iter⁶ vertit, praedam religioni, aurum offensae Deorum im-⁷mortalium praeferens, *quos nullis opibus egere, ut qui eas largiri hominibus soleant*, affirmabat. Templum⁶ autem Apollinis Delphis positum est in monte Parnaso, in rupe undique impendente: ibi civitatem frequentia hominum fecit, qui ad affirmationem maiestatis undique con-⁷currentes, in eo saxo consedere. Atque ita templum et⁷ civitatem non muri, sed praecipitia; nec manu facta, sed naturalia praesidia defendunt: prorsus ut incertum sit, utrum munimentum loci, an maiestas Dei plus hic admi-⁸rationis habeat. Media saxi rupes in formam theatri recessit. Quamobrem et hominum clamor, et si quando ac-⁸cedit tubarum sonus, personantibus et respondentibus inter se rupibus, multiplex audiri, ampliorque, quam editur, resonare solet. Quae res maiorem maiestatis terrorem ignaris rei et admiratione stupentibus plerumque adfert. In hoc rupis anfractu, media ferme montis altitu-⁹

dine, planities exigua est, atque in ea profundum terrae foramen, quod in oracula patet: ex quo frigidus spiritus vi quadam, velut vento, in sublime expulsus, mentes vatum in recordiam vertit: impletasque Deo, responsa consulentibus dare cogit. Multa igitur ibi et opulenta regum populorumque visuntur munera; quaeque magnificentia sui reddentium vota gratam voluntatem, et Deorum responsa manifestant.

- 1 CAP. VII. Igitur Brennus quum in conspectu haberet templum, diu deliberavit, an confestim rem aggredere-
 2 tur; an vero fessis via militibus noctis spatium ad resumen-
 3 das vires daret. Emanus et Thessalorus duces, qui se ad
 4 praedae societatem iunxerant, *amputari moras iubent, dum imparati hostes, et recens adventus sui terror es-*
set: interiecta nocte et animos hostibus, forsitan et au-
xilia accessura; et vias, quae tunc pateant, obstructum
iri. Sed Gallorum vulgus ex longa inopia, ubi primum vino ceterisque com meatibus referta rura invenit, non minus abundantia, quam victoria laetum per agros se spar-

CAP. VII. §. 1. *deliberavit, an — an.* Eine seltene Redeweise statt *utrum — an*, welche nur der spätern Latinität angehört. *Plin. XV, 1: Distat, an maturitas uvarum in torcularibus fiat, an ramis.* Von Cicero pflegt das doppelte *an* nur dann gesetzt zu werden, wenn er bei Anführungen von Nebenbestimmungen unentschieden lässt, welche stattfindet, so dass *an — an* geradezu durch *sive — sive* erklärt werden kann. *Cic. Brut. 23, 89: quam orationem in Origines suas retulit, paucis antequam mortuus est; an diebus, an mensibus.* Namentlich ist bei Tacitus dieser Gebrauch des *an* häufig, welcher noch, besonders im ersten Gliede, das *an* weglässt. Nachzulesen ist *Ramshorn Gr. p. 503. Not. 2.* Anders urtheilt *Hand* in seinem vortrefflichen Werk *de particulis latinis p. 307 sq.*

§. 2. *terror esset.* Dies ist eine Verbesserung *Freinsheim's*, welche auch schon *Abr. Gronov* aufgenommen hat. Die gewöhnliche Lesart *terrori* lässt sich schwerlich genügend erklären. Vielleicht liegt aber die Fehlerhaftigkeit der Stelle in *recens*, wofür mit leichter Veränderung *repens* geschrieben werden könnte, ungeachtet dessen, was nachher §. 6. gesagt wird. So sagt *Cic. Tusc. III, 22, 52: hostium repens adventus magis aliquanto conturbat, quam expectatus.* *Liv. IX, 41, 14: Repens adventus consulis ita exterruit Umbros.* Vergl. *Iustin. V, 5, 2.* Ueber die häufige Verwechselung von *recens* und *repens* siehe *Gronov* und *Drakenb. zu Liv. VIII, 29, 1.*

serat; desertisque signis, ad occupanda omnia pro victo- 5
ribus vagabantur. Quae res dilationem Delphis dedit.
Prima namque opinione adventus Gallorum prohibiti agre- 6
stes oraculis feruntur, messes vinaque villis efferre. Cuius 7
rei salutare praeceptum non prius intellectum est, quam
vini ceterarumque copiarum abundantia, velut mora Gal-
lis obiecta, auxilia finitimorum convenere. Prius itaque 8
urbem suam Delphi, aucti viribus sociorum, permunivere,
quam Galli vino, velut praedae, incubantes, ad signa re-
vocarentur. Habebat Brennus lecta ex omni exercitu pe- 9
ditum sexaginta quinque millia: Delphorum sociorumque
non nisi quatuor millia milites erant; quorum contemptu 10
Brennus ad acuendos suorum animos praedae ubertatem
omnibus ostendebat, statuasque cum quadrigis, quarum
ingens copia procul visebatur, solido auro fusas esse,
plusque in pondere, quam in specie habere praedae af-
firmabat.

CAP. VIII. Hac asseveratione incitati Galli, simul et 1
hesterno mero saucii, sine respectu periculorum in bellum
ruebant. Contra Delphi plus in Deo, quam in viribus re- 2
ponentes, cum contemptu hostium resistebant, scanden-

§. 9. *quatuor millia milites erant.* Ich habe die Lesart der Hand-
schriften des *Bongarsius* aufgenommen, welchen auch ein Cod. Duisb.
nach *Duker* zu *Liv.* XXXV, 20, 5 beitrifft. Von Abschreibern rührt
dieselbe wohl schwerlich her, denen es zu bekannt war, dass bei *mil-*
lia der Genitiv gesetzt zu werden pflege. *Perizonius* zu *Sanct. Min.* IV,
8 und *Duker* zu *Liv.* I, 1, haben dargethan, dass, namentlich bei Li-
vius, statt des Genitivs nicht selten der Casus der ausgedrückten Zahl
gesetzt werde. Gemeiniglich lassen sich dergleichen Fälle aus der Ap-
position erklären. XXXVIII, 4, 15: *a Germania Cimbros, immensa*
millia ferorum atque immitium populorum more procellae inundasse Ita-
liam. *Liv.* XLII, 27, 5: *socios Latini nominis quatuor millia pedi-*
tum, ducentos equites Idibus Februariis Brundisii adesse iuberet. XXXIII,
27, 2: *Tulit prae se auri mille et quingenta quindecim pondo, argenti vi-*
ginti millia, signati denarios triginta quatuor millia et quingentos
quingenta. Vergl. *Gronov* zu *Liv.* XXXIX, 7, 1; XXXIV, 26, 10.

CAP. VIII. §. 2. *reponentes.* Das Compositum statt des Simplex.
Liv. I, 49, 4: *ut in caritate civium nihil spei reponenti metu regnum*
tutandum esset. XXIV, 37, 3: *qui plus in eo, ne posset decipi, quam*
in fide Siculorum reponeret. *Tacit. Germ.* c. 30: *plus reponere*

tesque Gallos e summo montis vertice partim saxo, par-
 3 tim armis obruebant. In hoc partium certamine, repente
 universorum templorum antistites, simul et ipsi vates, spar-
 sis crinibus, cum insignibus atque infulis, pavidi vecor-
 4 desque in primam pugnantium aciem procurrunt: adve-
 nisse Deum clamant, eumque se vidisse desilientem in
 5 templum per culminis aperta fastigia, dum omnes opem
 Dei suppliciter implorant, iuvenem supra humanum mo-
 dum insignis pulchritudinis, comitesque ei duas arma-
 tas virgines ex propinquis duabus Dianae Minervaeque
 6 aedibus occurrisse: nec oculis tantum haec se perspe-
 xisse, audisse etiam stridorem arcus, ac strepitum ar-
 7 morum. Proinde ne cunctarentur, Diis antesignanis,
 hostem caedere, et victoriae Deorum socios se adiun-
 8 gere, summis obsecrationibus monebant. Quibus voci-
 9 bus incensi, omnes certatim in proelium prosiliunt. Prae-
 sentiam Dei et ipsi statim sentire: nam et terrae motu por-

in duce, quam in exercitu. Cic. Tusc. V, 41: In animo reponunt omnia. de Orat. II, 49: Vos meam defensionem in aliquo artis loco reponetis. Liv. III, 53, 3: In aequitate rerum plus, quam in armis reponi spei. VIII, 30, 4: Omnia in dictatore viderentur reposita esse. Vellei. Pat. II, 32, 1: neque omnia in uno reponenda. II, 112, 3: ut, ubicunque Caesar esse, nihil in se reponerent, wo Heinsius hinter *se* ein unnöthiges *spei* einschieben wollte.

§. 3. *et ipsi vates.* Mehrere Handschriften lesen *et ipsae*; wahrscheinlich die richtigere Lesart. Vergl. c. 6, 9.

sparsis crinibus. Es ist schon zu c. 3, 9 erinnert worden, dass *sparsi crines* besonders den gottbegeisterten Priesterinnen und Bacchantinnen beigelegt werden, und dass überhaupt dies der stärkere Ausdruck sei, als Zeichen eines aufgeregten Gemüths. Daher bei Liv. XXXIX, 13, 12: *matronas Baccharum habitu crinibus sparsis cum ardentibus fucibus decurrere ad Tiberim.* Propert. II, 1, 7: *Seu vidi ad frontem sparsos errare capillos.* Senec. Oed. 230: *Incipit Lethaea vates spargere horrentes comas.*

§. 5. *dum omnes etc.* Ich habe die gewöhnliche Interpunction geändert, wo vor *dum* ein Punktum gesetzt, und dadurch der folgende Satz, welcher doch in der engsten Verbindung mit dem vorhergehenden steht, von diesem abgerissen wird. Auch lehrt die ganze Stellung der Sätze, dass der Infinitiv *occurrisse* nicht zu *iuvenem*, sondern blos zu *comites* — *duas armatas virgines* gezogen werden müsse, und *iuvenem* als Appositum zu *deum* — *desilientem* gehöre.

tio montis abrupta Gallorum stravit exercitum, et confer-
tissimi cunei non sine vulneribus hostium dissipati ruebant.
Insecuta deinde tempestas est, quae grandine et frigore¹⁰
saucios ex vulneribus absumpsit. Dux ipse Brennus, quum¹¹
dolorem vulnerum ferre non posset, pugione vitam finivit.
Alter ex ducibus, punitis belli auctoribus, cum decem¹²
millibus sauciorum citato agmine Graecia excedit. Sed¹³
nec fugientibus fortuna commodior fuit: siquidem pavidis
nulla sub tectis acta nox, nullus sine labore et periculo¹⁴
dies; assidui imbres, et gelu nix concreta, et fames, et
lassitudo, et super haec maxime pervigilii malum, mise-
ras infelicitis belli reliquias obterebant. Gentes quoque na-¹⁵
tionesque, per quas iter habebant, palantes velut prae-
dam sectabantur. Quo pacto evenit, ut nemo ex tanto¹⁶
exercitu, qui paullo ante fiducia virium etiam adversus
Deos contendebat, vel ad memoriam tantae cladis super-
esset.

§. 14. *maxime pervigilii malum.* Gewöhnlich wird *maximum pervigiliae malum* gelesen. Die Form *perviligia* findet sich meines Wissens nur an unserer Stelle, wo jedoch zwei alte Ausgaben und die Prager Handschrift *pervigilii* haben, welches ich deshalb vorgezogen habe; zumal da Iustin auch XIII, 8, 6: *pervigilio noctis fatigatis* sagt. *Maxime* fand Bongarsius in seinen Handschriften, was passender scheint; denn das *pervigilium* war eigentlich kein *maximum malum*; wohl aber, wie Scheffer sagt, *pervigilium maxime eos obterebat, hoc est, praecipue, potissimum.*

§. 16. *ad memoriam tantae cladis superesset.* Auf diese Weise bezeichnen die alten Schriftsteller häufig die gänzliche Vernichtung eines Heeres. So Iust. I, 8, 12: *In qua victoria etiam illud memorabile fuit, quod ne nuntius quidem tantae cladis superfuit.*